


1520. ię 6. 2. Majas

248

Petrus Tomicki Epus Cracoviensis  
Regni Poloniae Vicecancell.  
Johanni Chojenski Archidiacono Cra:  
coviensi Secretario regio.  
Venerabilis Domine frater in Christo  
Charissime.

138

Egimus a quatuor annis diligentissi:  
me et continue per literas regias et Mo:  
stras apud summum Pontificem, et Reveren:  
dissimum Dominum Cardinalem Sanctorum  
quatuor, ut Nos Episcopi et Ordinarij re:  
qui hujus liberas collationes sacerdotiorum  
in mensibus sex nobis concessis habere possi:  
mus, sic quod nullis gratijs, expectativis  
nullis reservationibus, generalibus, et spe:  
cialibus, aut etiam mentalibus, nullis  
coadjutorijs, nullis accipiendis, ingressibus,  
regressibus et alijs id genus nobis inven:  
tis, propterque totus ferme orbis Chri:  
stianus nunc tumultuatur, et jugum  
sanctae Sedis Apostolicae, quae funiculos  
auctoritatis, et jurisdictionis suae plus  
nimio extendere videtur, excutere con:  
tendit eadem collationes nostrae impe:  
diantur. Scripsimus iterum alias li:  
teras in ea re ad reverendissimum Domi:  
num Cardinalem Sanctorum quatuor  
quas vos manu Majestatis regiae sub:  
scribi curetis, et simul cum alijs prius  
missis, quam primum ad nos remittatis.

Ceterum  


Ceterum scripsimus majestati regis per  
Petrum Starzewski ejus Cubicularium,  
commemorantes illi et rogantes ut reveren-  
dissimo Domino Cardinali Sanctorum qua-  
tuor Trecentos, aut quadringentos aureos  
mittere dignaretur, nam ab eo tempo-  
re, quo illum majestas sua protecto-  
rem regni sui cooptavit, nullum ei  
munusculum misit. Ille vero est in præ-  
sens multum indigens, quia in excidio Ur-  
bis Romæ, omnibus rebus suis, spoliatus,  
atque ita merito est in presens libe-  
ralitate majestatis sue relevandus. Ro-  
gamus vos reducatis in memoriam ne-  
gocium hoc ejusdem Reverendissimi Do-  
mini Cardinalis, Majestati sue, et si  
Majestas sua gravaretur illi quidqua-  
nunc mittere, mitteremus nos illi De pe-  
cunijs Denarij Sancti Petri tantum,  
quantum Majestas sua juberet. Qua  
in re exquiratis mentem et volun-  
tatem majestatis sue, et nobis  
illam per primum nuncium literis  
Vestris significetis. Et bene valete. Da-  
tum in Borzein die sexta Sigis-  
mundis regis, Anno Domini 1528.